XIX

DISPUTATIO

Ex jure Communi & Statutario

DE PRIORITATE CREDITORUM CONCURRENTIUM

J. C. S. M.

Cum conſenſu & approbatione Magnificæ Facultatis Juridicæ, Academiæ inclytæ Jenenſis,

SUB PRÆSIDIO

Ampliſſimi & Conſultiſſimi Viri

DN. WOLFGANGI WERTHERI MÜLPFORTI, J. U. Doctoris excellentiſſimi; ibidem Prof. Publ. & Curiæ Provincialis necnon Scabinatus Adſeſſoris digniſſimi,

Domini Præceptoris ac Fautoris ſui ſummopere obſervandi.

Publico diſputantium examini expoſita

A

JOACHIMO KERSTENS

Soltq. Marchico.

In auditorio JCtorum, ad diem [illegible] Sept. horis antemeridianis.

In fidibus ſi quid diſſonet, bonus citharœdus non abrumpit per iracundiam; ſed paulatim pertentando reducit ad conſonantiam; *Laurent. Ob. tract. de jur. Epiſcopal. num. 21.*

In propoſitis ſi quid diſcrepet Providus Lector non reſpuet per jactantiam, ſed amice perpendendo rediget ad concordiam.

JENÆ

TYPIS WEIDNERIANIS,

Anno cIↃ IↃ CXX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

27

VIRIS
Nobiliſsimis & maximè Strenuis
Dn. THOMÆ
Sereniſſimi & Potentiſſimi Electoris Brandeburgici, &c. Coloniæ ad Suevum Conſiliario meritiſſimo.
Dn. HEMPONI
Illuſtriſſimi & Celſiſſimi Principis ac Domini, Dn. CHRISTIANI, Principis Anhaldini, &c. Officiario eximio.
& Dn. LEVINO
Itidem, Sereniſſimi Electoris Brandeburgici, &c. Cuſtrini Conſiliario digniſſimo.
FRATRIBUS GERMANIS
à KNESEBECK,
Magnifici Dn. THOMÆ, Præfecti veteris Marchiæ laudatiſſimi, & Potentiſſimi Electoris Brandeburgici, &c. Conſiliarii intimi; in Tylſen Hereditarii, &c.
Filiis Splendidiſſimis.
Dominis Patronis ac Promotoribus ſuis Summis.

Hocce exercitio Academico

Obſervanter

ſe ſe commendat

Joachimus Kerſtens
Aut. & Reſp.

In nomine Domini noſtri JESU CHRISTI
Nov.6.in fin.prin.l.1 C.de off.Præ.Afr.

DE PRIORITATE CREDITORUM CONCURRENTIUM.

QUOD *haud obſcurè JCtus præcipit: quotidiana & vita in communi uſum frequentem habentia plenius attingenda*. l. legavi 25. in pr.ff.de liberat.legat arg.l.17.C de judic.l.44.in prin.ff. de uſurpat.& uſucap.N.94.c.2.in med. *nec ſcholæ, ſed vitæ diſcendum eſſe; veluti graviter poſt Senecam monent* Weſenb.in orat.de ſtu.juris rectè inſt. Colon.Agrip.edita.Ant.Fab.in præfat.erro.pragmat. & Magn.Dn.Hortled.in parerg.diſſ.ad L.non omnium ff.de LL. *Illud ipſum & hac vice ſtudioſe obſervandum putavi,ubi præ aliÿs privati juris materÿs hanc potiùs de jure prioritatis creditorum per omnes fere juris articulos diſſipatam & certa ſine methodo à DD. diffuſam præſenti diſputatione pertractare ac publico omnium diſquiſitioni diſcendi cauſa exponere conſtitui. Quam enim frequens illius ſemper fuerit diſceptatio, ſatis ex eo conſtat, quod ipſam Imp Maj.ſuper ſubſtantÿs ab anterioribus creditoribus detentis* aſſiduis *aditionibus inquietatam dilucidè percipiamus* ex pri.l.aſſiduis C.qui pot.in pig hab. *Imo vel hodiè*

in tanta rerum omnium indigentia quotidiano judiciorum uſu in ipſis rerum documentis apertiſſime ejus tractatio creberrima apparere poteſt. Verbis §. pen. l. c c ſatisdat. *Ut rectè dixerit* Ventura de Valentiis : *Lites de prioritate tam familiares eſſe in curijs Germaniæ, quam in prandio obſonium. Non autem omnia huc pertinentia nunc exprimam, ne nimium excreſcat diſſertatio præſens: Sed ea tantum proponam quæ controverſa magis videantur; neq; tamen ex ijs tam ſpinoſa & ſubtilia, quam fructuoſa & utilia ſectari conabor.*

Thesis I.

PRioritatem Creditorum primo deſcribo a) *ita: Prioritas eſt jus, creditorem* b) *creditori in conſequendo debito,* c) *præferendi.* d)

a) Potiſſima diſſertationis noſtræ pars definitio rei eſſe debet. *arg. l. 1. ff. de orig. jur.* ut intelligatur quid ſit, de quo diſputetur. *Secundum vulgat. Cic. lib. 1. off.* Quia vero definitiones forenſium ſordent auribus, qui Logicorum argutias ſimiles eſſe telis aranearum deputant, quæ plurimum artificii, minimum utilitatis habent; Ideo in ſcholis quidem definitionibus multum deferimus. *Ampliß. Dn. Præcept. Arumæ. in prælect. ad capitulat. Imper. quæſt.* 2. Parum tamen induſtriæ illis tribuendum exiſtimamus, quas, propter proprias illarum incognitas cauſas perfecte erui non poſſe intelligimus, rati omnino, Herculeum quidem illum ſed inanem laborem futilemque parergian profuturam: quippe, cū eiuſmodi periculoſa definitio nullo negotio ſubverti poſſet *L. 202. ff. de R. J.* Quamvis à nobis hac in parte planè *diſſentiat Herm. Kirchner. diſp. de Rep. 1. th. 1. lit. a.* Vulgatum hoc judicium tanquam ſcutum ficulneum reprehendens,

Qu.

pro-

propterea, quod *d.l.202.* non de definitione loquatur Logica, ſed de deciſione & regula exaudienda ſit. Verum utramque interpretationem *contra Kirchner.* admittere poſſumus, ut, & definitiones periculoſas *l.1.§.dolum ff. de dol. mal. l. 6. ff. de his qui ſui vel al.ju.l.7.§.quid ſit ff. quib.ex cauſ. in poſſ.eat.l.5.§.fin.l.6. & ſeqq.ff.de pecul.* Et deciſiones ſubverſioni obnoxias in jure noſtro *d.l.202.* intelligat. *l.22.§.1 ff.quand. dies legator.cedat. Vincll. ad Ru. C. de reſc. vend. par. 1.cap.3 in fin.Phil.Matt ad l.1.num.24. & ſeqq.& d.l.202.ff. de R.J.*

b) Creditores generaliter hic accipio omnes quibus ex quacunque cauſa debetur. *L.11.de V.S l 54.& ſeq.eod.l.42.§. 1.ff. de O.& A.l.14.§.2.ff.quib.ex cauſ.in poſ.eat:* Etſi ex delicto debeatur *l.12.prin.& ibi Gædd.de V.S.* Diſſ. *Aleiat.* cui reſpondet *Gædd. d.loc.* Nec excludo eos, quibus in rem actio competit, ſed potentiori creditorum ſignificatu & illos venire ſtatuo. Nam etjam illis debetur, ex cauſa ſcilicet dominii. *l.178.§ fin.ff.de V. & princ. Inſt. de Act. arg.l.82. in princ.ff.de V.O. Borch.ad princ.I.de Act.num.3.& ſeqq.Coraſ.6.miſc.5.* Diſſent *Hottom.3.O.17.Clud.de ſequeſtr.cap.4. num.3.* Qu. Qu.

c) Ubi nimirum creditores in diſtractione bonorum, debitoris æri alieno non ſufficientium plures concurrunt, quorum omnium ita comparata ſunt debita, ut quælibet ſuo jure præcipuo nitantur. Nam qui par habent jus, eis quoque pariter conſulitur. *l. 6. C. de bon.autor. jud. poſſ.l. ff. quæ in fraud. cred.* De prælatione vero imparium maxima in judiciis oritur concertatio, & hos etiam potiſſimum noſter diſcurſus reſpicere debet. Sunt tamen ex omnibus vel *Privilegiati* alii, alii *Hypothecarij*, vel denique creditores *Chirographarij*, qua ex diſtinctione maxime prioritas dijudicanda erit. *Duaren. ad tit. C. ſi cert.petat.cap.8.v.ſexto. Beuth. de jure præl.lib. 1. cap. 1.* Ex his enim *concurſus in univerſum triplex* eſt: 1. Hypothecariorum cum Chirographariis. 2. Hypothecariorum inter ſe. Et 3. Chirographariorum inter ſe. Ubi, quomodo alter præferatur alteri, in ſequentibus, methodi commodioris ratione obſervata, explicabimus. Quando autem illi concurrant & quomodo ejuſmodi executio ac bonorum debitoris diſtractio permittatur? Qu.

 inſti-

inſtituti noſtri non videtur prolixius hic enarrare, præſertim, cum modus diſtractionis pignorum alibi fuſius inculcetur. *L. ult.C.de jur.domi.impetr.Add.tot.tit.ff.& C.de diſtract.pig.& tot. tit.ff.& C.qui pot.in pign.hab.* Et proceſſus ſubhaſtationis bonorum ſuo loco plenius explicetur. Docemur enim copioſius; judicem vel ad executionem vel alias poſt mortem debitoris prius cauſam debiti & fruſtrationis à debitore factæ cognoſcere. *Nov.53.ca.4.§.1.arg.l.9.§.1.ff.de Off.Proconſ.l.3.§.1 ff.ut in poſſ.legat.eſſe lic.* Deinde creditoribus ſolenni decreto bonorum poſſeſſionem concedere.*L.19.ff.de in jus voc.l.2.& tot.tit. ff.quib.ex ca.in poſſ.eat.* (Qua diſtinctione vero? Secundum jus Canon.videre licet apud *Chil.König.in proceſſ.cap.103.num.6.*De quo tamen pluribus diſceptant *Treutl. vol.2.diſp.24.th.2.lit.b. & ibi Not.& Reſol.*)Et denique poſſeſſa plene adjudicare debere.*tot tit.ff.& C.de reb.aut.jud.poſſ.ſeu vend.*ut,curatore quoque interdum aſſignato *l.14.& ſeqq.d.tit.l.ult.ff.de cur.bon.dando.* illa diſtrahere poſſint.*l.6.in fin.l.ult.§.1.C.d.tit.*

d) *L.7.& ſeqq.C.qui potior.in pign.habe.l.2.l.5.11.& ſimilib.ff.eod.l.6.C.de bon.aut.jud.poſſ.l.16.& ſeqq.ff.eod.*(incipit alias in veteribus exempl. tit. de Privilegiis creditorum.) *Novell. 97.cap.3.& 4.*

II.

De hac igitur Prioritate conſiderabimus: 1. Qvos præferat creditores. 2. Qvibus illos præferat.

Qvos præfert Prioritas, Illi vel Dominium a) *vel Privilegium habent.*

Adeoq; illa Prioritas primo ex Dominio b) *competit, tum ex* Privilegio.

a) Nam etiam hos creditores appellari ad quos rei ſpectat proprietas, jam ſupra dictum eſt. *th.1.lit.b.*

b) Domini enim præferuntur omnibus creditoribus

aliis

aliis quantumcunque privilegiatis. *l.24.§.2.in fin.ff.de reb. aut. jud.poſſ.* Quia rei vindicatio ſupra omnes eſt actiones perſonales & hypothecarias *L.5.§.18.ff.de tribut.act.l.1.C.de privil.fiſ.l.5.§.10.ff.ut in poſſeſſ.legat.l.22 in fin.ibi,niſi in his tantum rebus ff.ſolut.matr.l.38 pr.ff.de peculio.juncta l.52.in pr.v.Nullum.l.9.§.2.& 4.ff.Eodem.l.53.ff ſolut.matrim.arg.l.21.C.de R.V.§.2.I.de Off.J.l.2.& 3.C.de uſur.R.jud.Beuth.de jure prælat.lib.2.cap.15.& 56.*

III.

Ex Dominio *proveniens Prioritas* : 1. *Dominum præfert cui furto res ſubtracta eſt.* a) *Deinde deponentem in* extanti *depoſito.* b) *Item commodantem* c) *& precario rem concedentem vocat.* d) *Conſimiliter mulierem in re dotali* e) *ut & paraphernali* f) tanquam Dominam *præ aliis admittit. Filiis quoq;* g) *in bonis adventitiis, quamvis mortis illa parentis tempore alienata extent apud alium ; Nec non venditoribus qui non tranſtulerunt dominium* h) *eadem jura tribuit.*

a) Ante omnia namque furtum reſtituendum eſt. P. H. O *Carol.V.artic.* 158. *ibi,* Und vor allen Dingen / & *art.præced.* 157.*ibi*, ſoll der Obrigkeit Geldbuß vorgehen. Et hoc rationem habet. Furtum enim quia invito Domino §.7.*Inſt.de obl.ex del.* contra legem naturalem *l.1.in fin.ff.de furt.l.42.de V.S.* res alterius poteſtati ſubjicere tentat: Æquum ſane eſt, dominium propterea non interverti. §.41.*Inſt.de R.D* §.6.*Inſt.de obl. ex delect.*neque Domino illos præponi qui aliàs potiora jura haberent contra creditores cum quibus fur debitor *ſcienter & voluntarie*

lurtarie contraxiſſet. Sed Domini in concurſu primam cauſam eſſe, quo res furtivæ ſeparentur, & ipſi reſtituantur. *§. ult. Inſt. de Ob. ex del. l. 7. §. 1. & 2. ff. de condict. furt. arg. l. 2. C. de furt. per l. 19. ff. de R. J §. 14. I. de Act. l. 1. §. 17. ff. ſi is qui teſt. lib. eſſe juſ. erit. Neguz. de pignor. part. 2. membr. 4 num. 124. Vigel. ad Conſt. Carolin. cap. 8.*
Qu. *reg. 5.* Licet illæ conſumptæ ſint, tunc enim æſtimationem illarum Dominus petere poteſt. *d. art 157. & ſeq. ibi*, mit oder Ohne Diebſtall / puta, ſi abalienavit vel conſumſit, & *ibi*, Diebſtall oder Werth vor allen Dingen. *l. 8. princ. ff. de condict. furt. l. ult.*
Qu. *cod.* Adeo, ut ſtatutum de re ablata non domino ſed Magiſtratui reſtituenda nullius momenti ſit. P. H. O. *art. 218. in princ. & fin. Schneid. ad § fin. Inſt. de obl. ex del. num. 8. Hœnon. diſput. Inſt. 18.*
Qu. *th. 4. Fachſ. differ.* 58. An vero funerum & exequiarum impenſæ dominum præcedant, difficilioris diſceptationis eſt. Nos adhuc domino res ſubtractas præ illis eroſolutionibus reſtituendas eſſe putamus. *d. art. 158. & textibus J. C. ſup. dictis. Imo argum. l. 45. ff. de relig. & ſump. fun.* Diſſent. *Reuth. tract. de jur. prælat. lib.*
Qu. *2. cap. 9. & 15. in fine.* Præterea etiam deponentem domino ſpoliato cedere dicimus. *d. art. 157. & ſeq. l. 31. §. 1. ff. depoſ. arg. § 3. in fin. Inſt. quib. mod. re contr. obl. & ſimilib.*

b) *L. 24. §. 2. in fine ff. de reb. aut. jud. poſſ. l. 17. §. 1. ff. depoſ. §. 5. verſ. per eos quoq. Inſt. de Interd.* In tantum, ut nec compenſationis nec deductionis vel doli exceptionis oppoſitione, nec agentis perſonæ repudiatione, aliave extrinſecus facta prohibitione impediri poſſit. *l. 1. §. ſi prætor 39. l. 11. l. 31. § 1 ff. depoſ. l. 64. pri. ff. de judic. l. penult. C. depoſ. l. ult. §. 1. in fin. C. de compenſat. Nov. 88. ca. 1. §. 30. in fin. Inſt. de Act. ca. 2. §. ult extr. de depoſit. Cometz. 2.*
Qu. *reſol. 7. & DD. communiter.* Quod etiam ante Juſtinianum juris fuiſſe cum celeberr. Dn. Hilligero p. m. Præcept. meo deſider. ſtatuo. *Donell. Enucl. 16. cap. 15. lit. I. Bachov. ad Treutler. volum. 1. diſp. 21. th. 7. lit. D.* Diſſent. *Hunn. in reſol. ad Treutl. d. lit. D. quæſt.*
Qu. 14. Imo præferri talem deponentem uxori in dote conſtanter aſſero. *d. l. 24. §. 2. de reb. aut. jud l. 5. § 10. ff. ut in poſſ. legat. l. 7. 17. & c. ff. depoſ. Bachov. ad Treutl. volum. 2. part. 2. diſp. 27. th. 7. lit. B. § aut apud maritum. Clar. Dn. Kubach. Pr. col. diſp. Juſt. 10 lib. 2. th. 17.* Diſſent. *Treutler. d. volum. 2. diſput. 24. th. 7. lit. b. & ibi Hunn. quæſt.*

quæſt.48. An etiam eum ſuperet deponens qui ad refectionem Qu.
& conſervationem rei credidit? à nonnullis controvertitur.
Nos & hic affirmativæ ſubſcribimus. *d.l.*24.§.1. *coll.*§.2. *in fin. & l.*26. *ff de reb.aut.jud.poſſ.l.*7.§.2. *& l.*8. *ff.depoſ.Geil.*2.*O.*12.*Mynſ.*1.*Obſ.*60. Et ſi plures concurrerint qui depoſuerunt, nullus ordo ſpectatur eorum, ſed ſimul admittuntur. *l.*7.§.3. *ff.depoſ.Beuther.d.tr.de jur.præl.lib.*1.*cap.*31. SI VERO pactione vel perceptione uſurarum dominium transtulerit deponens, etſi adhuc Qu.
extet depoſitum. *l.*7.§.2. *ff. depoſ.* tamen non immeritò ei hæc beneficia denegabimus, quia illis quaſi renunciavit. *d.*§.2. *in fin.* Diſſent. *Hunn.reſolut.ad Treutl.volum.*1.*diſp.*26.*th.*7.*lit.B.* Et in creditum abiit. *l.*24.§.2. *in pr.ff.de reb.aut.jud.l.*5 §.18. *ff.de tributor.act.arg.l.*27.§.2. *ff.de aur. & arg.leg.Duaren.ad tit.ff. & C. depoſ.cap.*4.§ *aliud ſingulare.Beuth.d.tr.lib.*1.*cap.*31. Idem dicimus Qu.
de illo, qui pecuniam ſuam ad certum quendam finem, ver. ca. ad exſolvendam penſionem annuam alicui tradidit. Nam ille ſuo mandato ipſam depoſiti naturam immutavit. *l.*12. §.10. *ff. mandat.l.*24. *in med.l.*1.§.11. *cum duob.ſeqq. & l.*17. §.1. *ff. depoſ. Berlich.part.*1.*concl.*47.*nu.*32. Diſſent. alii per *l.*19. *C.de uſur.l.ult. C.depoſ.l.*25. *ff.eod.* quibus in diſcurſu reſpondebimus.

c) *L.*5.§.10. *ff.ut in poſſeſſ. legato.* Etenim rei commodatæ & poſſeſſionem & proprietatem retinemus. §.2. *Inſt. quib.mod. re contr.Ob.l.*8. *cum ſeq.ff.commoda.* §.5. *poſt princ. Inſt.de interd. arg.l.ult.C.de furt.*§.16. *Inſt.de obl.ex delict.l.*3.§.6. *ff.commod. cum l.ſeq. Cujac. Par.ff.eod. Vult.*1.*J.R.*32.*num.*8. Diſſent. quidem jus Saxon. Verum ab eo tanquam irrationabili Scabinos in pronunciando unanimiter recedere tradit. *Fachſ. part.* 1. *differ.*1. *in fine.*

d) *L.*1.§.2. *&* 3. *l.*15. *ff.de precar.l.*3 §.5. *ff.de acquir.poſſ. Cæpolla.in tract.de ſervitut.urbanor.præd.cap.*79.*num.*6.*Cujac.in paratit.C.de precar.*

e) *L.in rebus dotalibus C. de jur. dot. Exempla in l.*1. *C.de privil.fiſ.Nov.*91.*c.*1.*l.*22. *in fin.ff.ſolut.matrim.* Unde anxiè quæ- Qu.
ritur, an idem in re dotali pecunia empta mulieri rectè tribui poſſit; Quaſi & illa fiat dotalis. Quod antecedens nos affirmamus, quamvis nec nomine nec voluntate uxoris res illa compa-

rata ſit. *l.54.ff.de jur.dot.l.22 in fin.ſolut.matrim.* Poſt eruditem tamen controverſiam, An fiat dotalis, ut noſtram faciamus, nihil hac vice opus habemus. Aliter de illa ſentit *Duaren.ad d. l.22.ff. ſolut.matrim.in fine.* Aliter *Cujac.5.Obſ.29.* Aliter *Donellus*; quæ omnia enucleatiſſimè proponit *Dn.Præcept.Hillig.ſ.m.5.Donell. Enucl.2.lit.C.*

f) *L.9.§.ff.3.de jur.dot.l.fin.C.de pact.convent.l.29.in prin. ibi, rebusq; extra dotem conſtitutis C. de jur. dot.l.2. C. ne ux.pro marit.d.l.1.C.de priv.fiſ.& ſimilib.*

g) *§.2.Inſt.per quas perſ.nobis acquir.l.6.C.de bon. quæ lib. l.2.C.de bon matern.Neguz.de pignor.part.2.memb.4.nu.13.Hieron.Schurff cent.1.conſ.56.num.2.& ſeq.*

h) *L.19.ff.de contr.empt.l.13.§.8.de act.empt.l.24.§.2.in fin.de reb.aut.jud.poſſ.§.42.In.de R.Div.Geil.2.O.15.n.4.Dn.Præ-*
Qu. *cept.Hillig.p.r.lib.4.Donell.enucl.16.lit.D.* Vel etiam illis qui dolo ad vendendum inducti ſunt, etiamſi dominium ſibi non reſervarunt: *L.3.ff de pign.act.Geil.d.2.O.15.num.7.& 8.Beuth.lib.1. de præl.cred.cap.18.*

IV.

Poſt illos Dominos locus aperitur Prioritati ex Privilegio *competenti.*

Privilegium autem hic aliud reale *eſt, aliud* perſonale. a) *Perſonale regulariter hypothecæ poſtponitur.* b) *Excipiuntur tamen caſus tum jure Civili, tum potiùs Saxonico, quorum ratio ſpeciali quodam privilegio in concurſu ſtatim poſt dominia habetur. Jure Civili unus ſaltem eſt: Nimirum creditoris impenſarum* c) *funeris.* d) *Nam*

ille

ille nunc ante hypothecarios omnes c) *admittitur. Saxonico jure caſus quatuor ſunt.* 1. *Miniſtrorum domeſticorum, ut illi mercedem ſuam primo habeant.* f) 2. *Hoc jure demum exequiarum ut & defuncti debitoris curationum impenſa veniunt.* g) 3. *Magiſtratus tributa deducuntur.* h) *Et* 4. *Debitum hereditarium,* das Erbgeld/*exſolvitur.* i) *Omnia ſecundum literam Novella conſtitutionis El. Auguſti.* k)

a) Perſonale illud eſt quod inducit prælationem inter Chirographarios creditores, de quo agendi locus eſt *infra th.* 8. Saltē propter poſitas in theſi exceptiones ejus natura hic attingenda fuit, ut ipſe præferendi ordo ubiq; principaliter obſervaretur. Reale v. privilegiū illud ipſum eſt, quod prælationem contra ipſos hypothecarios creditores operatur; Et in ſpecie jus prælationis vocari ſolet, de quo ſtatim *in th. ſeq. L.* 17. 23. *&* 32. *cum ſeqq. ff. de reb. autor. jud. poſſ. tot. tit. ff. & C. qui pot. in pign. hab. Bene Bachov. ad Treutl. volum.* 2. *part* 2. *diſput.* 24. *th.* 7. *lit. A. in princ.* Non recte autem *Meyer. in tract. de pignor. & hypoth. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 2. 11. *&* 17.

b) *L.* 9. *C. qui pot. in pign. vi. l.* 10. *prin. ff. de pact. l.* 58. §. 1. *v. ſed cum proponas. ff. mandat.* Quia perſonale & ſingulare prælationis privilegium cum hypotheca plane nihil commune habet, ſiquidem nihil de pignore tali competit, & propterea merito reali hypothecæ juri cedit, ut dicetur *infr. th.* 8.

c) Modicè ſcilicet factarum. *l.* 14. §. *hac actio* 6. *&* §. *præced.* 3. *l.* 37. *ff. de religioſ. & ſumpt. fun. addita l.* 1. §. 19. *final. ff. ad l. falcid. Magnif. Dn. Ortolph. Foman. Præcept. obſerv. in prælect. ad*

L.3.C.de relig. & ſumpt. fun. quæſt. 3. Donell. lib. 8. comm. cap.25.
Weſ.in parat.d.tit.num.6.

Qu. *d)* Quid vero dicendum de impenſis ob morbum de-
functi in Pharmacopolio contractis, quid de honorario Medi-
corum, vel de ſalario pro inventarii confectione aut teſtamen-
ti inſinuatione ſimilive in cauſa ſummè hereditati utili perſo-
luto? *DD. communiter* idem quod de impenſis funerum defen-
dere ſolent. *Schneid. ad §. Extraneis num. 27. & 28. Inſt. de hered.*
qual. & diff. Weſemb. in parat. ff. de relig. & ſumpt. fun. in fine. Ne-
guz. de pignor. part. 5. mem. 2. num. 28. ante fin. Equidem cum illis
hoc ſine lege eloqui erubeſcerem. *Nov. 18. cap. 1. & 5. in pr.* Aliud
enim eſt ſi defuncti debitoris rem tenentes jure retentionis u-
tantur, id quod duntaxat dicitur in *L.4.C.de pet.hered l.ult.§.9.*
C.de jur.delib l.3.C.de relig.& ſump.fun.

Qu. e) *L.43.45.l.14.§.1.ff.de relig.& ſumpt.fun.l.1.in fin.ff. ad*
l.Falcid.§.3.Inſt.l.6.C.eod.l.ult.§.9.C.de jure delib. Weſemb. in pa-
rat.ff.qui pot.in pign.num.3.in fin.Bachov.volum.2.ad Treutl.part.
2.diſp.24.th.7.lit.G.§.Et qui in funus. Diſſent. *Treutler. d.loco. &*
Qu. *ibi Hunn.in reſol.quæſt.56.& ult.* Etiam ante dotem mulieris. *l.*
19.ff.de relig.& ſumpt.fun.Schneid.ad §.fin.Inſt.de l.Falcid.num.9.
Idem Bachov. d. diſp. 24.theſ.7.§.aut in funus faciendum. Diſſent.
Hunn. ibidem quæſt. 47. Baldus Nov. in tractat. de dote part. 10.
num. 29.

f) *Novell. Conſt. Elect. Auguſt. part. 1. conſtit. 28.* Ordnen
vnd wollen/das vor allen andern Schulden erſtlich bezahlet wer-
den ſoll das Liedlohn/*Weſ.in parat.ff.qui pot.in pign.hab.num.3.in*
fin.Beuth.tract.de prælat.cred.lib.1.cap 29.& lib.2.cap.11.per tot.
Quod etiam conſtitutum habemus in Marchia. *Conſtit. March.*
Qu. *ſub tit.* von Erbfellen/*in princ.Joh.Köpp.deciſ.28.num.13.* Idem de
honorariis advocatorum non dico. *Contra Beuth.d.lib.1. cap.28.*
per cap. ſeq.in pr. Gleicher Geſtalt.

g) *d. Conſt. 28.* Was auff des verſtorbenen Schuldeners
Begrebnis/vnd in ſeiner Kranckheit der Artzney halben auffge-
wand. Et in hoc jus Sax. à jure Civ. diſcrep. *præced. lit. d. e. Rein-*
har. part. 6 diff. 19. Beuth. lib. 1. d. tr. cap. 26. Quomodo autem illæ
impen-

impenſæ probari poſſint tradit. *Berlich. concl.pract.part.1.concl. 44.num.33. & 34.*

h) *d.Conſt.28.* Auch Schoß/Stewr. Et hodie non tantum reſtantia ita debentur; ſed etiam ad tributa Provincialia & cerevisiaria ad quadriennium uſque hoc extenditur, ut Magiſtratus civitatum ſi pro ſubditis talia expenderunt, ejusmodi prioritate gaudeant. Policeyordnung *Johan. Georg. Elect. tit.* Von Juſtitien Sachen / §.17. Vnd dieweil aber gleichwol. Idem etjam in decimis & aliis penſionibus conceditur. *Berlich. d. part. 1.concl.44.num.64.& ſeq.* Magiſtratus tamen diligenter, vel à morosis & refractariis etiam ſub pœna, aut plane manu militari aut carcere, prout fert conſuetudo, omnia exigant. *L. 2. C. de exactoribus tributor.lib.10. Maranta in ſpec.part.4.diſt.9.num.181. Caſpar Glock.de contrib.concl.64.& ſeqq.* Qu.

i) *d.conſt.28.* Vnd Erbgeld. Quod nimirum à coherede è bonis immobilibus ex quacunque hereditate, ſive familiæ erciſcundæ ſive alio ſimili judicio acquiſitis certo tempore alteri heredi præſtatur. *Berlich.part.1.Pract.concl.44 num.72. & ſeqq. cum ibi citatis.*

k) Ut; ſi hi quatuor creditores ſoli inter ſe concurrerent, tali, quo ex illa conſtitutione à nobis collocati ſunt, ordine præferendi eſſent. *Verbis d.conſt. diſpoſitivis diſtinctè prolatis. arg.l.fin.C.de privileg. qui in ſa.palatio militant. l.29. §.1.ff.de lib. & poſtum. §. Quin etiam, ibi, maſculus ET fœmina 1. F. 6. & §.filia, ibi, filij ET filiæ 1.Feud.8.§. ſimiliter ſi quis.2.Feud.51. Everhard.in top.in loco 1.ab ordine num.4. & num.13. Berlich.d. concl.44.num.83.* Qu.

V.

Illis ſpecialibus caſibus præmiſſis attenditur nunc reale *privilegium.* a)
Et quidem ratione temporis. b)
Tempus enim vel cum causa *eſt vel* ſi-

 ne cau-

ne cauſa. c) *Tempus* cum cauſa *jam tribuit primum locum creditori militiæ.* d) *Secundum ei, qui ſervum captum ab hoſtibus redemit.* e) *Tertium aperit mulieri in dote.* f) *Quartum creditori ad rei refectionem & conſervationem aſſignat.* g) *Quintum ei, qui ad res emendas, reſervando ſibi in iisdem hypothecam mutuat.* h) *Sextum Pupillo in re ſua comparata pecunia concedit.* i) *Septimum deniq; publicam hypothecam* k) *habenti relinquit.*

a) Reale ex uſu vulgi dicitur, cum alias privilegium cauſæ vocari debebat. Nam ipſa propoſita cauſa ſeu actionis genus hoc privilegium hypothecæ annectit. *l.68.ff.de R.J.Dn.Præcept. Hillig.p.m.lib.23.Don.Enucl.cap.15.lit.B.Phil.Matth.ad d.l.68.de R.J.nu.26.* Aliter *Donell.d.loc.* Falſiſſimus *Meyer.tr.de pign.lib.2.tit.1.num.2.11.17.& ſeq.*

b) Ut enim in perſonali privilegio cauſa ſeu titulus ſpectatur. *l.32.ff.de reb.aut.jud.poſſ.l.7.in fin.ibi ſimul admittendos ff.depoſ.* quo præferatur is, cujus *cauſa privilegiata* eſt. *Treſembec.parat.ff.de privil.cred.num.4.* Ita in reali hoc tempus obligationis inſpicitur. *l.4 C.ad SC.Macedon.l.8.l.10.ff.qui pot.in pig.hab.l.2.l.3.l.7.C.eod. Elegans exemplum in quæſtione quam tractat Bachov.ad Treutl.volum.2.diſp.24.th.7.lit.B.§ item qui credidit.* Ut potior ſit is, cujus *tempus privilegio* ſeu prælatione munitum eſt. *l.fin.§.1.ibi, licet anterioris temporis.C.qui pot.in pign.hab.Nov.97.cap.3.& ſin. lib.*

c) Hoc eſt cum prælationis privilegio, quod lex hypothecæ indulget; vel ſine eodem *(de quo in theſ.ſeq.)* Reale eamque privilegium cauſæ vocari, & in ſpecie etiam jus

præ-

prælationis dici jam ſupra notatum eſt. *lit. a. hac th. & th. 4. liter. a.*

d) Quis ille creditor ſit explicat *Beuth. de prælat. cred. lib.1. cap. 55. & lib. 2. cap. 23.* Qui nimirum pecuniam ad publicum, illudque fructuoſum officium obtinendum mutuat. Militiæ enim nomine ſalaria illa ſignificantur, quæ quotannis officia ejuſmodi ſuſtinentes percipiebant. *L. penult. §. 2. & 3. ff. de legat. 3. l. 22. l. 49. §. 1. de legat. 2. l. 30. §. 2. C. de inoff. teſt.* Et talis creditor hic præfertur, ſi modo emendæ militiæ cauſa in ſcriptis mutuavit. *l. fin. cum auth. quod obtinet C. de pign. & hypoth. auth. quo jure. C. qui pot. in pig. hab. Nov. 53. ca. 5. Nov. 97. in Rub. ibi, U T excipiantur & cap. 3. Neguz. de pign. part. 5. mem. 1. num. 21. Geil 2. Obſ. 12. num. 3. in fine.*

e) *L. 12. § 12. ff. de capti. & poſtli. rever. l. 43. §. 3. de leg. 1. arg. l. 20. §. 1. ff. qui teſt. fac. poſſ. d. l. 12. §. 7. de captiv. Weſenb. in parat. ff. qui pot. in pign. num. 5.* Non tamen hunc creditorem ſolo privilegio frui dicendum eſt, ſed quod ille potius hypothecam & jus prælationis habeat ex præd. text. concludendum. *Bachov. ad Treutl. volum. 2. diſp. 1. th. 4. lit. P. in princ.* Diſſent. *Treutl. d. volum. 2. diſp. 24. th. ult. lit. G. in princ.* Qua tota theſi pleraque ſat confuſim proponit. Qu.

f) Mulieri olim in dote ſaltem privilegium perſonale competebat, hypothecam vero nullam aliam habebat, niſi quam conventione propria ſibi paraſſet. *l. 2. C de privil. fiſ. l. un. §. 1. C. de rei uxor. act. & ſimilib:* Imperator autem Juſtinianus propè miſericordia ductus, initio quidem hypothecam tacitam *L. 29. C. de jur. dot. d. l. un. §. 1. de re. ux. act.* Sed poſtmodum etiam jus prælationis contra hypothecarios anteriores creditores conſtitutione plane Magnifica uxori introduxit. *L. aſſiduis 12. C. qui pot. in pign. hab. d. l. un. §. 1. & ſeqq. C. de rei ux. act. §. fuerat Inſt. de Act. & ibi DD. Giphan. Schneid. latiſſ. & Borch. ad §. Actionum Inſt. eod. num. 8. & 9.* Quia vero tacitam ſaltem hypothecam Impe. conceſſit; Inde anxie diſputatum fuit, tum inter antiquos, *vid. Schneid. ad d. §. fuerat num. 57. & 58.* tum etiam hactenus, inter hodiernos celeberrimos JCtos: An prioritas illa mulieri competat contra quoscunque tam expreſſam Qu-

quam

quam tacitam hypothecam habentes; An vero ſaltem contra quosdam, ſcilicet tacitam anteriorem tenentes creditores? Equidem priorem defendere conabor affirmativam opinionem de jure noſtro civili: quod mulier præferatur quibuscunque creditoribus expreſſam hypothecam anteriorem habentibus. *d.l.12.C.qui pot.in pign.l.30. ibi, neminem creditorum mariti qui anteriores ſunt.C.de jur.dot. Nov.109.c.1. Nov.97.c. 2. poſt princ. v.privilegium enim.Treutl.volum.2.diſp.24.th.7.lit.B.poſt princ. Harpr.ad d.§.fuerat Inſt. de A. num.7. & ſeqq. Mynſing. 4. obſ. 13. Bachov.ad Treutl.d.loc.§.præferturq. Hunn.in reſol. J.C. lib.3.tr. 3.part.5.qu.4.ſed plenius ad Treutl.d.loc.quæſt.43.& ibi plures citati.* Jure Saxon. aperte contrarium deciſum eſt. *d. Nov.conſtit.28.* Das das Eheweib allen Gleubigern ſo nicht eltere ausdrückliche Verpfendung haben/ vorgezogen werden ſoll. *Berlich. concl,pract.part.1 concl.45.num.3. & 4.* Cum autem aliud de jure Civ.in dote defendimus; Et evenire ſæpe ſoleat, ut dos uxori non realiter numeretur, ſed marito nudè duntaxat promittatur, qui ſpe promiſſionis ipſe confiteatur, quod dotem re-
Qu. ceperit.*tot.tit.C.de dot. caut. non num.* Ideo famoſa hic nata eſt quæſtio: An in ejusmodi confeſſata dote uxori prælationis privilegium competat? Quot tam de Civili quam Saxon. jure negabimus. *L.1.C.de dot.caut.non num. L. 12. §. 1. in med.ibi, ſi tamen re ipſa fuerint parti mariti datæ, C. qui pot. in pign. hab. Gubertus in tract.de dote cap.ult.num.14.Schneid.ad d.§.fuerat. num. 65.Mynſing.1.obſ.61.num.1. & 2. Geil.2.obſ.81. Nov.conſ[illegible]x.28. ibi,* So viel ſie des erweiſen kan. *Berlich. d. concl. 45,num. 40. &*
Qu. *ſeqq.* Quid ſi vero maritus jurejurando ſe accepiſſe confeſſus ſit? Illud juramentum nullum creditoribus præjudicium adferret.*arg.l.7.§.ſi petenti ff.de publ.in rem act.c.28.in fin. ibi, cum in præjudicium alterius non redundet.extr.de jurejur.l.27.§.4. in fin. ff.de pact. Johan.Campetz. in tract. de dote part. 1.quæſt.53. num.5. Schneid.d.§.fuerat num.66.in fine.Menoch.de præſumpt.lib.3.præſ. 12.* Niſi forſan mulier & ipſi creditores ſint in pari crediti confeſſati conditione, tunc enim illa propter favorabiliorem dotis cauſam *l.1.ff.ſolut.matrim.* præferenda erit *l.70. ff. de jur. dot. Mynſing.1.Obſ.61.num.4.Schurff.cent.1.conſil,22. num. 4. Egregie*

Care-

*Caroci.tract de excuſſ.bonor part.1.q.10.X princ.n.17.& ſeqq. Ampl.Dn.
Arumæ.Exerc.Juſtin.15.parerg.2.lit.a.* Probent igitur creditores
de actuali numeratione ſi præferri cupiant. *Mynſing.d.obſ.61.nu.
5.* Et maritus apocham de numeratione dotis conficiens trium
vel amplius teſtium ſubſcriptiones pro cautela adhibeat. *l 11.in
fin.C.qui pot in pign.habeantur.* Atq; hæc omnia de dote uxoris di-
cta procedunt. Cæterum mulier etiã alias res *Geil.1.obſ.133.n.5.
Schneid.ad d.§ fuerat.Inſt.de Act.num.39 ex Paulo de Caſtro* & marito
afferre, & viciſſim alias ſibi à marito conſtitutas habere ſolet.
§.3 Inſt de donat.1.11.C.de donat ante Nupt Landr.*lib.1.art.32.* Ut non
ſine cauſa inveſtigetur; an prædicta in illis quoque locum ha-
beant. I. de bonis quæritur quæ paraphernalia dicuntur; hoc Qu.
eſt, quæ mulier in uſu habet in domo mariti, neque tamen in
dotem dat *l.9.§.2.& 3.ff de jur.dot.* Ubi tacitam hypothecam ſine
privilegio prælationis competere ſtatuimus. *l 29.C.de jur.dot.l.
12.§.2.C.qui pot.in pign Geil.2 O 82.& 92.num.10. Mynſing.5.Obſ.4.
Neguz de pignor.par.2 mem.4.num.63.in fin Berlich. part.1.concl.45.
num.63 & ſeqq.* II. De donatione propter Nuptias quoque du- Qu.
bitatur, an in illa mulier habeat prælationem? Quod negamus,
& ſimiliter hypothecam tantum tacitam ei adſcribimus *d l.fin.
§ 2.C.qui pot.in pign.L 19 C.de donat.ante Nupt l.fin.ver.ſin autem C.
de pact.convent Neguz.d part.2.mem.4.num.64. Schneid.d.§ fuerat.
num.60 & ſeqq Berlich.d.concl 45.num 70.& ſeqq.* Id quod in Mar-
chia notandum eſſe dicit *Joh.Köpp.deciſ 28 num.32.* III. Deniq; Qu.
de dotalitio in conſtit. Saxon. qu. proponitur; ſed ſuper illo
mulieri prioritas fundatur. *Nov Auguſt.28 ibi*, Was der Leibge-
ding halben verordnet, bleibet in Würden und Kräfften. *Berlich.
d concl 45.num 33 & ſeqq Poſt hæc*, quid ex prædicta prioritate
mulieris heredibus competat mirum in modum etiam diſqui-
ritur. Et retinemus opinionem; Privilegium illud mulierum Qu.
quoque liberis, iisque ex eodem matrimonio procreatis dari.
*L 12.§.1.ante fin.v.Exceptis C.qui pot.in pign.Nov.91.pri. Contra Anto.
Fabrum Bachov.ad Treutl.volum.2.diſp.24.th.7.lit.B. Etiam mulierum
liberis, Donell.lib.23.cap.15.Schneid d.§ fuerat.num 69* Diſſent. *Hunn.
d.ad Treutl.loco, quæſt.49. cui Fabri ſententia videtur veriſſima.* Pari Qu.
modo ſatis ambigitur: An mulier hoc privilegium alteri ce-

dendo transferat? Quia in quæſtione æquum eſt ut diſtinguamus, an ceſſionis commoditas in utilitatem mulieris redundet. *d.§.fuerat.Inſt.de Act.& ſimilib. Bald.Nov,in tract.de dote part.12. num.18.Neguz.de pignor.par.2.mem 4 num.107* *Porro*, conceſſum privilegium aliquot cauſæ ſunt, quæ ceſſare faciunt, quas ordo nunc proſequendas poſtulat: Prima eſt ſi mulier ſit hæretica. *Auth.item privilegium.C.de hæret.& Manichæ. Nov. 109 cap.1.Neguz.*
Qu. *d.part.2.mem.4.num.68.* Altera ſi maritus conveniatur ex cauſa primipilari; id eſt, ex cura annonæ militaris, vel adminiſtratione publicarum Eccleſiæ aut Imperii pecuniarum. *l 3. C. de primipilo,lib.12.l.4.C.in quib.ca.pign tac.cont.Bachov.ad Treutl.diſſ ut. 24.volum.2.th.7.lit.D.§.Hinc deduco. Hunn.quæſt. 45. Beuth d tract, lib.1.cap. 58.* Diſſent. *Treutl. d. loc.* Tertia, ſi ab eadem ſubſtantia dos prior debeatur, nam ibi temporis prærogativa manet. *L.12. §.1.verſ.Exceptis.C.qui pot.in pign,auth.ſi quid ex rebus. C. eod. Nov.91. cap.1.Neguz.part. 2,memb.4.num.96.& ſeq.& part.5. memb.2 num.12. & 23.Mozz.de pignor.tit.de natural.num. 59.in med.* Quarta cauſa mulieri prærogativam præcidens eſt propria ipſius culpa; ut: quando uxor cum marito luxurioſè aut delicatè vivit, & ita rei familiaris adminiſtrationem negligit. *argum.l.12.§.2 in fin.C. qui pot.in pign hab.l.203.ff.de R.J.l.3.in fin princ. ff. de tranſact. l.52 §. ult.ff.pro ſoc. l. 15. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. c.86.de R.J.in 6.Joachim. Scheplitz ad conſuet.Marcb.part.3.tit.2.q.1,num. 6. Berlicb.d.concl. 45. part.1.num.80.*

g) Hujus enim pecunia totius pignoris cauſa ſalva facta eſt *l.5.& 6 ff.qui pot.in pign.l.25.ff.de reb.cred.l. 24. §. 1. ff. de reb. aut. jud.poſſ. Weſemb. parat. ff. quib.ca pign.tac.contr.num. 1.Beuth. de jur.*
Qu. *prælat.lib 1.cap.20.* Unde Rei dicimus, quia non ædificii tantum, ſed alterius quoque rei refectionem putamus *dict. text. Vult. 1. J.R. 34.num.19.Joh.Petr.Surdus deciſ.311.per tot.elegant.Geil.2,obſ.12. num.4. Mynſing.1.obſ.60.* Si modo ſpecialiter ad refectionem credidit, *d.l.5.ff.qui pot.in pign.l.7.C.eod.l.34.ff.de reb.aut.*jud. *poſſ. Geil.*
Qu. *Mynſ.dd.loc.* Et pecunia non alium ad uſum collata ſit. *d.l.5.v.impenſum eſt.ff.qui pot.in pign. Mynſ.dd.loc.Neguz.part 5. memb.2.num. 15.ante fin.* Quare etiam in excedenti ſumma privilegium ceſſat. *l.7.in fin.principij ff.de exerc.act.Neguz.d.memb, 2. num, 15. v. Quarto.*

Et

Et, ſi res amplius non extiterit, privilegium quoq; extinguetur. *l.8.ff.quid.mod.pign.ſolv.Beuth.de jur.præl.lib.1.cap.20. circa fin. Mozz. de pign.tr.de diviſione num. 23. v. Similiter.* De ordine noſtro durum admodum & intricatum nobis creatur negotium: An recte à nobis tertius mulieri, & quartus deinde huic reficienti prælationis in theſi aſſignetur locus; An vero reficiens mulieri præferendus ſit? Ordinem temporis hic ſervandum eſſe defendit *Bachov ad Treutl.volum.2 diſp.24.th.7.lit.B. §. Item qui credidit in rem inſtruendam, cum Notat. Ibidem* etiam poſt diſputata ita ſtatuit *Hunn.quæſt.46.* Nos collocatione noſtra innitemur verbis Imperatoris: *Non invenimus mulierem cedere alicui tali privilegio.* Item, *minui dotem nullo ſinimus modo, nam ſufficit quod à lucris cadant ſi* PRIORA, *&c.Nov.97.ca.3.poſt.med.& in fine.Neguz part.5.mem. 2.num.16.Beuth.de jur prælat.lib 2.cap.19. Everhard. in top.loc.116.nu. 3.circa med.verſ.Et ad præmiſſa.Mozz.de contract.pign. tit. de naturalibus num.45.in fin.* Qu.

h) *L.17 C.de pignor.l.7 C.qui pot.in pign.l.5.§ 17.ff. de tributor. act.Nov.136 ca.3.ubi Cujac.circa med verſ. Idemq; tertio capite. Neguz. d.part.5.memb.2.num.17.Gail.2 obſ.12.num.3.* Idem concedo venditori qui ita rem tradidit, ut ſibi pignori eſſet, donec precium ſolveretur. *per alleg.ſupr.th.3.lit fin. Gail.2.obſ.12.num.4. in fin. l.1.§. fin.& l.ſeq.ff de reb cor qui ſub tut.l.16.ff.de in rem verſ Pinell.ad l.1.C. de bon.matern. part.3 num.55. Neguz.part.4.num 34. Berlich. part.1. concl.46 num.54.& ſeqq.*

i) Etiamſi ille nullo expreſſo pacto hypothecam ſibi conſtituere potuerit *l 7.prin.ff qui pot.in pignor. hab. l 6 C.de ſerv. pig datu manumiſſ. l.3.in princ. ff. de reb. cor.qui ſub tut.Beuth.de iure prælat. lib.1. ca.1.circa princ. & lib.2. cap.27. Neguz.part.5.memb.2. num.19.*

k) Et ille etiam alias anteriorem habenti privatam præfertur. *L.11.C.qui pot.in pign.hab.Neguz d.loc.num. 30. verſ. Decimo octavo.Gail 2.obſ.25.num.6.* Jure Saxon. immobilium Hypotheca ſine autoritate judiciali conſtituta nullius roboris eſt. *Hunn. ad Treutler.volum.2.diſp.24.th.6.lit.C.ipſe Treutl.ibid.& diſp.1.volum.2. th.2.lit.ſ.ut & th.6.lit.a.*

Poſt dictos Privilegiatos creditores, ſequitur nunc Tempus ſine cauſa. a) ***Ubi tempus tantum*** b)***conſideratur. Et qui prior eſt tempore, potior eſt jure.*** c) ***Ut plane non diſtinguatur quale pignus ſit.*** d) ***Etiamſi privatus cum Republ. & fiſco concurrat.*** e)

a) Vel ſine privilegio reali; qua ratione hi creditores Hypothecarii appellantur, quia nemo ex illis privilegium prælationis habet, ſed prælatio illorum eſt ex ſolo tempore hypothecæ. *tit. ff. & C. ex quib. cau. pign. vel hypoth. tit. ff. & C. qui pot. in pign. hab. Weſ. ibi in parat. Neguz. & ſupr. dicta.*

b) *L. 11. ff. qui pot. in pign.* in tantum, ut etiam is, qui uno ſaltem horæ quadrante ſit prior, alteri præferatur, *argum. l. 25. §. 1. ff. de lib. & poſtum.* Si autem probari non poſſit, quis prior extitit, ut ſi pluribus vel duobus eodem tempore una res obligaretur; Jure civili melior eſt conditio poſſidentis. *L. 10. ff. de pignor. l. 14. in pr. ff. de nox. act. l. 15. C. de rei V. l. 128. princ. ff. de R. J. Neguz. par. 5. memb. 2. num. 31. in fin.* Diſſent. *nonnulli ex l. 96. §. 3. ff. de ſolution. l. 6. C. de bon. aut. jud. poſſ. ad quas in ipſo diſputationis actu non difficile erit reſpondere.* Jure Saxon. pro rata debiti ſimul admittuntur, *Novell. Conſt. 28. ver.* Und da zwo Verpfendungen auff einen Tag geſchehen/ ꝛc.

Qu.

c) *L. 2. l. 9. pr. l. 11. pr. l. 12. ff. qui pot. in pign. l. 2. l. 4. l. 7. l. 8. C. eod. l. 98. ff. de R. J. Nov. 91. prin. c. 54. de reg. jur. in 6. Nov. Saxo. 28. ibi,* Die elteſten von zeit der erlangten Pfendung. Hoc eſt: qui prior jus hypothecæ acquiſivit, potior eſt jure, *d. l. 8. C. qui pot. in pign. Gail 2. obſ. 25. Mynſ. 1. obſ. 59. Neguz. part. 5. mem. 1. num. 1. Mozz. de pign. tit. de natural. nu. 21. vid. Bachov. & Hunn. ad Treutl. volum. 2. diſp. 24. th. 6. lit. D in prin.* Tam in ſorte principali quam in uſuris licitis, *l. 18. l. 12. §. ſciendum 6. l. 20. in fin ff. qui pot. in pign. l. 11. §. ſi in ſortem 3. ff. de pign. act. l. 9. §. 2. ff. de pact. Mynſin. d. obſ. 59.*

Qu.

Neguz.

Neguz.part.5.mem.2.num.10.Mozz.de natural.pign.num.29. Non
tamen jure Sax.quia ejus vigore uſurarum etiam legitimarum
non habetur ratio, niſi quoque chirographariis creditoribus
de ſorte in concurſu ſatisfactum ſit, *Zang. tract. de except. part.
3.cap.25.num.47.Beuth.d.tr.lib.2.cap.penult. v. Scilicet quoad ſor-
tem, Berlich.part.1.concl.46.num.8. & ſeqq.Ubi quaſdam ejus con-
ſtitutionis reſtrictiones proponit.* Sed, poteritne regula illa con- Qu.
trahentium voluntate mutari, ut prioritas quoque hypothecæ
à debitore in præjudicium reliquorum creditorum reſervetur?
Minime gentium; jus enim prælationis à *ſola* lege eſt. *tot. theſ.
praced.Bachov.d.diſp.24.pag. 612. & DD. communiter.* Quamvis
*abſurdiſſima ſcribendi ratione contrarium proponat Meyer.in tract.
de pign.& hypoth.lib.2.tit.1.num.2.* Et ne jurejurando quidem
ita conſtitui poteſt, *ſupr th.5.lit.f. ver. Quid ſi maritus, Hunn.d.
diſp.24.th.6.lit.C.in fine.* Ita memini debitores quoſdam, nego-
tiationis ſocios, in chirographo ſuo hæc verba adpoſuiſſe:
Denn wir ihme N.N. an ſolchen vnſern jetzt verpfendeten Gü-
tern/vor allen andern vnſern Gleubigern/im Fall derer ja mehr
ſein ſolten/die Prioritet vnd Erſtigkeit hiemit gantz Krefftiglich
thun verſchreiben. Ad quæ tempore obligationis contractæ non
multum reſpexit creditor, quia huic ſocietati, omnia ſplendida
ſimulanti, de pluribus fidem habuiſſet. Verum ut eventus in
concurſu propemodum infinito poſtea aperiebat; Illa reſerva-
ta prioritas, ſat quidem fraudulosa erat debitorum intentione,
ſed plane fruſtranea ipſa operatione.

d) *L. 8. l. 10. ff. qui pot. in pign. hab.l.4.C.eod.l.1.in fin.C.ſi
prop.pub.penſ.vendit.celebrata. Monet Bachov.volum.2. diſp. 24.
th.7.lit.B.§.Item qui credidit in fine. Beuth.d.tract.lib.2.cap.1.* Si e-
nim, verbi cauſa, *conventionale* eſt, etiam præferetur hypothe-
ca in diem vel ſub conditione contracta, illi qui ante conditio-
nis eventum purè hypothecam conſecutus eſt; quia ſic retro- Qu.
trahitur ad tempus contractus, & non attenditur tempus con-
ditionis exiſtentis; modo conditio illa non ex mera debitoris
poteſtate pendeat. *l.1.l.9.§.1.l.11.§.1.ff.qui pot.in pign.l.11.in prin.
ff.d.tit.l.4.ff.quæ res pign.obl.non pot.Mynſing.1.obſ.59.in med.Ne-
guz.part.5.mem.2.num.9.v.Sexto decimo. Peck.tract.de ju ſiſtend.*

ca.4.num.6. Berlich.concl.46.part.1.num.31. 32. & ſeqq. Si vero *Prætorium* eſt *tit.C.de Prætor.pign.* diverſis ex cauſis miſſio ut
Qu. fiat neceſſe eſt, alias enim ex eadem cauſa miſſus non eſſet potior, quamvis tempore prior. *L.5.§.3.ff.ut in poſſ. legator. l.15. §.15.ff.de damn. infect. l.12. in princ. ff. de reb. aut. jud.poſſ.l.2.C qui pot.in pign.l.148.ff.de R.J.& ibi Phil.Matt.cum Cujacio. Hunn. ad Treutl.d.diſp.24.th.6.qu.35.add. Bachov. ibid.th.3. lit. G. ante fin.* Diſſent.*Treutl.d.th.6.lit.e.in fin.* De tacito pignore non levis pugna eſt quibus hoc in ordine competat: *Treutl. volum.2. diſp.1.th.4.& ibi Not.& Reſol.latè Neguz. de pign.part.2.memb.4.per tot.Mozz. de pignor.tit.de diviſ.num.25.& ſeqq.& tit.de ſubdi. à num.2.ad 10.incl.Schneid.ad §.item Serviana Inſt.de Act.à num.21. Beuth.de præl.lib.1.cap.11.14.16.&c.* Ego tota ex difficultate quid obtineat præſupponendum potius hoc loco quam explicandum arbitror. Mulieri in dote & reficienti illud jam ſupra cum prælatione aſſignavimus, *th.5.lit.f.& g.* Hac in claſſe fiſcus idem habebit in bonis ſuorum debitorum: ut ex cauſa tributi, *L.1.in fin.C.ſi prop.pub.penſ. vendi. celeb. l.2.l.3.C.de privil. fiſc.Schurff.cent.1.conſ.83.num.8.Mozz.de pignor.tit.de naturalib. num.57.* (Quid de jur.Sax.hîc introductum; expoſitum eſt *ſupr. th.4.lit.h.*) vel contractus, *l.3.C.de privil.fiſc.l.46.§.3.ff.de jur.fiſ. l.2.C.in quib.cau.pign.tac.contr. Beuth.lib.1.cap.11.v.* Jnmaſſen/ *Neguz.part.2.mem.4.num.113.* Conſimiliter mulieri hic tacitum illud pignus competit in paraphernalibus, *ſupr.th.5 lit.f.v.1.de bonis queritur.* Ac donatione propter nuptias. *ibid.n.11. de do-*
Qu. *natione.* Ut & mercenarijs de jure noſtro. *Weſemb. parat.ff. de privil.cred.num.5.Beuth.lib.1.cap.29.in prin.* De Saxonico *ſupr. th.4.lit.f.Confer Berlich. part.1.concl.44.num.5.& in primis 6.* Pupillis, *l.20.C.de admin.tut.l.5.ver.diſcretis C.de legit.tut. L.un. §.1.prin.C.de rei ux.act.Nov.118.c.5.Neguz.part.2 mem.4.num.6. Anton Fab.in C.tit.in quib.cau.pign.tac.cont.definit.1.Beuth.lib.1. cap.1.& lib.2.cap.27.cum ſeqq.* Minoribus, *d.l.20.C.de admin.tut. Beuth.d.loc.Weſemb.in parat.de priv. cred.num.4.* Nec non Legatariis, ſi modo hereditas patiatur, *l.23.§.1.C.de SS.Eccleſ.l.1.v. cum enim.C.commun.de legat.l.ult.§.4.& ſeqq.C.de jur.delib. Neguz.part.2, memb.4.num.157.& ſeqq. Beuth. d. tract.lib.1.ca.14.*

Item

Item Liberis ad bona adventitia, *l. 8. §. 4. C. de ſecund. nupt. Beuth. lib. 1. cap. 3. & ibi alleg. Schurff. cent. 1. conſ. 56. num.* 4. Et locatoribus tum in illatis in prædium urbanum, *l. 2. 4. 5. 6. ff. in quib ca. pign. l. 7. C. eod. l. 4. in prin. ff. de pact. §. Item Serviana. Inſt. de Act. & ibi Schneid. num. 15. & ſeqq. Harpr. num. 3. Menoch. de adipiſ. poſſ. Remed. 3. num. 33. & DD. commun.* Tum etiam in fructibus prædii rustici idem introductum erit, *l. 7. princ. ff. in quib. cauſ. pignor. tac. cont. l. 3. C. eod. l. 24. §. 1. ff locat. Schneid. d. loc. num. 33. & Neguz. ibi cit. Weſembec. in parat. d. tit num. 2.* Inſuper hac quoque in parte omnino non attenditur *generaliſne an ſpecialis hypotheca* ſit, *l. 2. ff. qui pot in pignor. l. 6. C. eod. Schurff. cent. 1. conſil. 79. Pac. cent. 5. quæſt.* 38. præterquam quod generalis ob prioritatem potior debeat partem prius excutere ſuam, quam alteri poſteriori ſpecialem auferre, *l. 2. C. de pignor. Weſ. parat. ff. qui potior. in pign. num. 2. v. Si tamen, Berlich. d. concl. 46. num.* 85. Qu.

e) Nam ſi ille prior Hiſce poſterioribus utique præfertur, *l. 4. C. qui pot. in pignor. l. 8. l. 21. §. 1. ff. eod. l. 3. C. de remiſſ. pign. Beuth. de jur. præl. lib. 1. cap. 10. & ſeq. & lib. 2. cap. 48. ac undiquaq. Neguz. d. part. 5. memb. 2. num. 11. Berlich. part. 1. concl. 44. num. 50. Nicol. Mozz. de pign. natural. num. 2.*

VII.

Hos creditores ex tempore ſine cauſa ſeu Hypothecarios peculiaris creditorum claſſis jure Saxonico excipit. a) *Nimirum deponentis ratione conſumpti depoſiti.* b) *Deinde illorum, quæ ad pias cauſas & alimentorum nomine relicta ſunt.* c) *Et denique ſine judiciali immiſſione arreſtantium.* d)

a) Ex quibus arreſtum tacitum pignus notabili exemplo jure conſuetudinario habere dicit *Treutler. volum. 2. diſp. 1. th. 4.*

th. 4. *ante fin. & diſput.* 24. *theſ.* 7. *in fin. ibi, deinde tacitas, & in his arreſta.* Ut non adeo extra methodi cancellos hæc claſſis huic loco inſeratur: Ex parte enim ſpectabit ad creditores qui ex tempore ſine cauſa in conſequendo debito admittuntur.

b) *Novell. Conſtit.* 28 *part.* 1. *verſ.* Ferner ſollen nach denen bezahlet werden die Schuld wegen eines zu trewen Henden hinderlegten Guts / welches der Schuldener verendert vnd verthan hat. De jure Civili circa hæc graviſſima apparet antinomia inter *L.* 24. §. 2. *in princ. ff. de reb. aut. jud. poſſ. & l.* 7. §. 2. *in medio ff. depoſiti.* Cujus varias conciliationes tradunt *celeberr. Dn. Præcept. Hillig. p. m.* 23 *Donell. Enucl.* 15. *lit.* I. *Bachov. ad Treutl. volum.* 2. *diſp.* 24 *in fin. Beuth. lit.* 2. *d. tract. ca.* 13. Ex quibus ſperamus in ipſa collatione probabilem naſcituram. Interim illam ponimus, quæ *ex th. præced.* 3. *lit. b. in princ. & hac lit. c.* inter extantes & conſumptas res diſtinguit. Ut ſit illo caſu quædam utilis vindicatio, qua *in d. l.* 7. *depoſ* deponens ante privilegia vocari videtur. Quia ibi per accidens depoſitum extans deprehenditur, *Bachov. d. loc.* Vel etiam illam conciliat: theſibus noſtris non inconvenientem, & juri Saxon. non incongruam arbitramur, quam habet *gl. in d. l.* 7. Diſtinguendum eſſe inter privilegia realia & perſonalia; ut res conſumptæ ſint poſt privilegia ſcilic. realia, *d. l.* 24. §. 2. *in princ.* Sint vero ante privilegia, nimirum perſonalia, *d. l.* 7. §. 2. Extantes a. ſint etiam ante privilegia realia, *d. l.* 24. §. 2. *in fine.* In qua conciliatione mirificè ſui oblitus eſt Bachovius. Mavult n. illam ſequi *vol.* 1. *diſp.* 26. *th.* 7. *lit. B.* Hoc a. *jam notato loco* dicit: quod ipſi placere non poſſit. Dn. Præc. Hilligeri conciliatio eſt: *in d. l.* 7 propriè eſſe depoſitum ut idem corpus in ſpecie reſtituatur. *In d. vero l.* 24. potius tantundem in genere reddi; ut ita ibi in creditum eatur. Ad quod reſpondet Bachov. d. loc. quod penes nummularios in d. l. 7. depoſ. non ita pecunia deponatur, ut eadem pecuniæ corpora reſtituantur, ſed, ut ſaltem pecunia in genere. Hac ratione; quia deponentes ita fidem ſequantur nummulariorum, ut fere in creditum ire videantur. Verum pro illa etiam conciliatione ex Dn. Hillig. fundamentis erit quod Bachovio reponi poſſit.

Qu.

c) d. Con-

c) *d. Conſtit.28.v.* Auch alles was zu milten Sachen vnd zu Alimenten gehörig. De quibus tamen haud difficulter idem ex jure civili colligere licet. Xenodochia enim Gerontocomia & hujuſmodi pios ad uſus inſtituta Collegia iiſdem quibus Eccleſia privilegiis fruuntur, *l.15.l.19.l.23.C.de SS.Eccl. Nov.7.ca.2. in fin.Schönb.lib.3.Polit.cap.18.Beuth.lib.1.cap. 6. & lib. 2. cap. 41.* Alimentorum quoque cauſa pia & favorabilis eſt, ut non obſcure patet, *ex l.Mela.§.1.in fin.ff. de aliment. leg. Cöler. tract. de aliment.lib.2.cap.7 num.3.Menoch.lib.4.Præſump.115.n.15. Beuth. lib.1.cap.54.& cap.86.* De quibus brevitatis cauſa plura proponere hac ſerie non poſſumus.

d) *d.Conſt.28.v.* Vnd dann die Arreſtanten / welche keine rechtliche Immiſſion erlanget. In quibus jus Civile à Saxon. per omnia differt.*Reinhard.part.4.diff.58.* Quam enim incognitum olim in Imperio Romano fuerit arreſtum, & quam noviter ſaltem, moribus ſubditorum, confirmatione poſtmodum imperii accedente, introductum, tradit prolixè *Berlich.part.1. concluſ.50.num.2.4.5.& Peck.de jur.ſiſtend.cap.2.* Ita, ut hodiernum illud Imperii à Saxonico hoc arreſto plurimum adhuc diſtet, *Berlich.d.concl.50.num.6.& ſeqq.* quod creditori hîc poſt hypothecarios prioritatem operatur, *Weſembec.in parat.ff.de privil. cred.num.9.Zang.tract.de except.part.2. cap.1.num.268. Berlich. d.part.1.concl.47.num.27.& ſeqq.Beuth.lib.1.cap.88.& lib.2.cap. 50.d.tract.*

VIII.

Et ita reale privilegium in concurſu præcedit. Perſonali *privilegio jam demum hic locus tribuitur.* a) *Ita; ut ex imparibus & inæqualibus magis privilegiatus præferatur.* b) *Pares autem & æquales temporis diverſitate non obſtante æqualiter concurrant.* c)

D a)Ratio

a) Ratio ordinis data eſt *ſupr.th.4.lit.b.* Ex qua hi creditores Privilegiarii vocantur, *L.10.in fin.princip.ff.de pact.* ad differentiam Privilegiatorum, quibus reale privilegium datum eſt, *L.12.§.1.C.qui pot.in pignor.hab.ſupr.th.7.* Quæ ratio ſæpenumero deficit, quando plerisque hiſce privilegiariis, etiam in rem actio jure hypothecæ tacitæ competit; quos notat *Weſembec.in parat.de privil.cred.num.5.ante fin.v.quid enim mirum.* A quibus tamen excipitur Reſp.*l.3.C.de jur.Reip lib.11.Dn.Hillig.p.m.d.Donell.enucl.23.cap.15.lit.D.*Pupillus,&c.*l.23.ff.de reb.aut.jud.poſſ.*

b) Hoc apparebit facile ſi cauſæ, vel tituli, aut conditiones, huic privilegio locum facientes recte intueantur, *l.68.l.196.ff.de R.J.* Et ſemper favorabilior præferatur, *l.32.ff.de reb.aut.jud.poſſ.Beuth.in ſuo tract.lib.2.cap.7.& cap.34.* Paulo aliter *Donell.lib.23.comm.cap.15.in princ.*

c) *d.l.32.l.7.in fin.princ.ff.qui pot.in pign.Beuth.d.lib.2.cap.8.* Cum quo conſentit jus Saxon.*d.part.1.Conſt.28.ibi*, Folgends ſollen die im Rechten perſonaliter privilegiert die Prioritet haben/*Berlich.d.concluſ.47.num.42.* Æquitate ſcilicet Geometrica, non identitate Arithmetica, *Weſemb.parat.ff.de privil.cred.num.7.ex l.6.C.de bon.aut.jud.poſſ.*

IX.

Atq; tales ſunt creditores QVOS *in concurſu Prioritas præfert.*

QVIBUS *vero illos præferat paucis nunc ſubjungendum eſt. Illi autem ſunt nudi* chirographarii a) *qui ultimo ſua credita poſthabito etiam omni temporis ordine petere coguntur.* b)

a) Quos ita appellant JCti, qui citra hypothecam & privilegium perſonalem actionem tantum habent, *Schneid.ad §.fuerat Inſt.de Act.num.52.in fin.Geil.2.obſ.25.num.8.eleganter*

Cujac.

Cujac.parat.C.de privil.fiſc.Bachov.volum.2.diſp.24.th. 6.lit. C. in princ.Beuth.de jur.prælat.lib.1.cap.79. Sive per chirographum, ſive per confeſſionem, aut aliam probationem credita ſua liquida facere poſſint; ut hoc diſerte tradit *d. Novell. Sax. part.1. Conſt. 28. ibi*, Brieff und Siegel/ oder andere Nachrichtung. A potiori autē ita denominati ſunt, quia plerumque chirographo ſolet contineri obligatio, quo contractus initus oſtendatur & probetur, *arg.l.4.in fin.de pign.Vult.lib.1.J.R.cap.40.in princ. & v.quod ſi revera.DD.ad pr.Inſt.de empt. vend.*

b) *l.5.§.17.ff.de tributor.act.l.10.C.qui pot.in pign.l.12.§.2. ff. eod. d. Nov Saxon. 28.* Et ideo ad illos in amplo concurſu aliquid reſidui raro pervenire ſolet, *Weſembec.in parat.ff. de privil. cred.nu.9.in fin.* Inde etiam diximus, quod hi non præferantur, ſed potius alios ſibi præponi patiantur. Quod tamen quadantenus limitamus, ſi creditores etiam cognati ſint: Nam pro illis Qu. majorem rationem diſcretioni judicis concedendam colligitur ex *l.60.ff.de pact.l.35.ff.de minor.l.22.ver.nec vero domum. C. de adminiſt.tut.arg.tit.In.de legit.patro.tut.l.10.de R. J.* Imo quo- Qu. que ſi creditores ejusmodi in impetranda ſolutione re adhuc integra fuerint vigilantiores, tunc, quicquid acceperint à potioribus creditoribus revocari non poteſt, *L.6.§.2.ff.de reb.aut. jud.poſſ.l.6.§.7.& l.24.ff.quæ in fraud.cred.Geil.2.obſ.25.num.11. & 12.ex profeſſ.Berlich.part.1.concl.48.num.7.& ſeqq.*

Et hiſce opinor breviter jura Prioritatis continentur, ut, qualescunq; etiam caſus emergant, omnes ex ÿsdem facile dÿudicari poſſint. Si v. illa aliquando deficerent; Sane, jus dicens ex æquo & bono ponderatis circumſtantÿs merito arbitraretur. Alias ſemper præferantur primo Domini. Deinde ſpecialiter, & tertio realiter privilegiati. Quarto Hypothecarÿ. Quinto Privilegiarÿ. Et deniq; admittantur creditores Chirographarÿ, omni modo, ut jam in theſibus obſervavimus.

Quibus ipſis unde eſt exorſus, in eodem *veri Dei nomine* hac vice diſcurſus noſter terminetur.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITT. EM. II